

benedictus qui uenit in nomine domini. osanna in altissimis;

Et cum intrasset hierusolimam. commota est uniuersa ciuitas dicens. Quis est hic? populi autem dicebant; hic est ih̄s propheta nazareth galileae. **E**t intrauit ih̄s in templum di. & ciebat omnes uidentes & uenientes in templo; & mensas nummulariorum & cathedras uidentium columbas euerit; & dicit eis. Scriptum est. domus mea domus orationis uocabitur; uos autem fecistis illa speluncam latronum. **E**t accesserunt ad eum caeci & claudi in templo. & sanauit eos. **U**identes autem principes sacerdotum & scribae mirabilia quae fecit. & pueros clamantes in templo & dicentes. osanna filio dauid. indignati sunt & dixerunt ei. Audis quid ista dicunt? ih̄s autem dicit eis. utiq;. Numquid legistis quia ex ore infantium & lactantium perfecti laude.

Et relictis illis. abiit foras extra ciuitatem in bethaniam. ibiq; mansit; mane autem reuertens in ciuitatem. esurit. **E**t uidens fic arborem unam secus uiam. uenit ad eam. & nihil inuenit in ea nisi folia tantum; & ait illi; numquam ex te fructus nascatur in sempiternum; & a refuta est continuo ficulnea; & uidentes discipuli mirati sunt dicentes. quomodo continuo aruit? **R**espondens autem ih̄s ait eis. Amen dico uobis. si habueritis fidem & non hesitaueritis. non solum deficulnea facietis. sed & simoni huic dixeritis tolle & iacta te in mare. fidem. **E**t omnia quae cumque p̄cietis in oratione credentes. accipietis.

Et cum uenisset in templum. accesserunt ad eum docentes principes sacerdotum & seniores populi dicentes. In qua potestate haec facis? & quis tibi dedit hanc potestatem? **R**espondens ih̄s dixit eis. Interrogabo uos & ego unum sermonem; quem si dixeritis mihi. & ego uobis dicam in qua potestate haec facio; Baptismus iohannis

LXX

LXXI

LXXII
LXXIII
LXXIV

LXXV

LXXVI
LXXVIILXXVIII
LXXIX

LXXX

LXXXI

LXXXII
LXXXIII
LXXXIV
LXXXV
LXXXVI
LXXXVIILXXXVIII
LXXXIX
LXXXX